

174

scriptis redigi faciatis; quorum alterum camere et alterum  
magistris rationalibus magne regie curie per totum mensem  
ianuarii primo futurum eiusdem duodecime indictionis desti-  
nare curetis.

[II.] item super officio portus et procuracionis for-  
mal<sup>m</sup> subscripta<sup>m</sup> tenaciter observetis:

[1.] in primis, quod portus litora et maritimas om-  
nes parcium predictarum, tam demanii suam ecclesiarum,  
comitum et baronum, diligenter custodiat et faciatis cum  
diligencia custodiri per fideles idoneos et sufficientes viros  
tantum demanii parcium predictarum, ad hoc per vos pro  
parte curie statuendos, auctis omnibus aliis quibuscunque,  
de quorum statuendorum sufficientia vestris humeris in-  
heremus, ut nulla omnino victualia seu aliqua alia  
prohibita sine speciali mandato regio vel nostro utrisque<sup>4</sup>  
sigillis, magnis videlicet pendentibus et parvis secretis, abinde<sup>numto</sup>  
in fraudem curie aliquatenus extrahantur; prohibentes  
firmiter et expresse, ut in aliquibus locis discrete vobis pro  
vincie ecclesiarum comitum et baronum portus<sup>quo</sup> quomodo<sup>6, 5/</sup>  
non fiant nec vassella magna medocra vel parva seu  
minima tuerentur vel exponerentur mercibus quibuscunque  
sue licitis vel illicitis in portibus plagis vel litoribus  
ipsarum terrarum vel locorum aut morentur in eis,  
nisi forte maris tempestate vel aliqua alia iusta causa  
et evidenti necessitate cogerebantur ad partes ipsas in eo-  
rum transitu necessario declinare. non tamen, quod  
occasione declinationis huiusmodi victualia seu merces